

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Bellvm macedonicvm primvm. Ti. VII

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

LIBER

omni/que longissima Italia solo interfacente: quo consilio: qua ce-
 leritate consules castra coniuxerint: inopinanterque hostem col-
 latis signis cōpreserint: neque id fieri Hannibal senserit: difficile
 dictu est. Certe Hānibal re cognita: cū prolectum fratris caput
 ad sua castra uidisset agnosco inquit ī foelicitatē carthaginiis: hæc
 fuit illius uiri nō sine presagio quodam fati iminentis prima cō-
 fessio. Iam certum erat Hannibalē etiam ipsius confessione pos-
 se uicē: sed tot rerum prosperarū fiducia plenus populus Roma-
 nus/ magni extimabat asperrimū hostem ī sua Africa debellare.
 Duce igitur Scipione in ipsam Africā tota mole cōuersus imi-
 tari cepit Hannibalem: & Italiæ suæ clades ī Africa uindicare.
 Quas ille (dii boni) Hasdrubalis copias, quos Syphacis exerci-
 tus fudit/ quæ quātaque utriusque castra facibus illatis una nocte dele-
 uit: denique iam non a tertio lapide: sed ipsas carthaginiis portas
 obsidione quatibat: sic factū est: ut inherentē atque incubantem
 Italiæ extorquaret Hannibalē. Nō fuit maior sub imperio Ro-
 mano dies quā ille: cū duo omnium & antea & postea ducū max-
 imi ille Italiæ: hic hispaniæ uictor collatis cominus signis direx-
 ere aciem. Sed & colloquū fuit inter ipsos de legibus pacis. Ste-
 terunt diu mutua admiratiōe defixi: ubi de pace non conuenit:
 signa cecinere. Constat utriusque confessione/ nec melius instrui
 aciem. nec acris potuisse pugnari. hoc Scipio de Hannibalis,
 Hannibal de Scipionis exercitu prædicauerūt. Sed tamē Han-
 nibal cessit: præmiumque uictoria: Africa fuit & secutus Africam
 terrarum orbis.

BELLVM MACEDONICVM PRIMVM. TI. VII.

P Ost carthaginem uinci neminē puduit: secute sunt
 statim: Africam gētes. Macedonia: Græcia: Syria:
 cæteraque omnia quodam quasi estu & torrente for-
 tuna: sic primi omnium Macedones affectator quō-
 dam imperii populus. Itaque quamuis tūc Philippus regno pre-
 sideret: Romani tamē dimicare sibi cū rege Alexandro uidebā-
 tur. Macedonicū bellum noīe amplius quā spectatiōe gentis fuit.

SECUNDVS.

Causa coepit a foedere Philippi: quo rex iā pridem dominantē in Italia Hannibalem sibi sociauerat: postea creuit / implorantibus Athenis auxiliū cōtra regis iniurias: cum ille ultra ius uictoriā in tēplā aras: & sepulchra ipsa seuiret. Placuit senatū opem tantis ferre supplicibus: quippe iam gentiū reges duces: populi: nationes: praesidia sibi ab hac urbe petebāt: primo igitur Luino cōsule populus Rōanus Ionū mare ingressus / tota Grācia, litto-
 ra uelut triūphanti classe peragrauit / spolia quippe Sicilia: His-
 pania: Sardinia: Africa praeserabat Et manifestam uictoriā na-
 B ta in praetoria puppe Laurus pollicebatur. Aderat sponte i aux-
 ilium Attalus rex Pergamoru. Aderant Rodii nauticus popu-
 lus: quibus a mari consul: a terris omnia egs uirisque quatiebat: bis
 uictus rex: bis fugatus: bis exutus castris: cū tamen nihil terribi-
 lius Macedonibus fuit ipso uulnere aspectu: quā non spiculis ne-
 que sagittis: nec ullo Greculo ferro: sed ingentibus pilis: nec mano-
 ribus adacta gladiis ultra mortem petebant. Enimvero Flam-
 ino duce iuios antea Chaonū montes. Pindūque amnem per ab-
 rupta uadētem & ipsa Macedonia claustra penetrauimus: itro-
 isse uictoriae fuit. Nā postea nunquam ausus congregi rex ad tumu-
 los: quos Cynocephalas uocant / uno ac ne hoc quidem iusto plio
 opprimitur: & illi quidem consul pacem dedit regnūque concessit:
 mox nequid esset hostile Thebas & Euboeam & graesatem sub
 Nabide suo Lacedaemona cōpescuit. Graecia uero ueterem sta-
 tum reddidit: ut legibus uiueret suis & auita libertate frueretur.
 Quae gaudia quae uociferationes fuerunt? Cū hoc sorte Nemeae
 in theatro quinquenalibus ludis a precone caneret: quo certaue-
 re plausu: quod florum in consulem pfuderunt! & iterū iterumque
 praconem repetere illam uocē iubebāt: qua libertas Achaiae p-
 nunciabatur: nec aliter illa consulari sententia: quā modulatissimo
 aliquo tibiarum aut fidium cantu fruebantur.

BELLVM SYRIACVM RE-
 gis Antiochi, Tit, VIII,